



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. circa tres primos articulos. Quot, & quæ sint partes pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

viuiscerunt. Patet Genes. 4. v. 4. Respxit Deus ad Abel, & munera eius; ad Cain autem non respxit; ubi Scriptura indicat prius respicere Deum ad personam operantem, quam ad ipsum opus; & opus placere non posse ad meritum & vitam eternam, si operans displiceat. Ecclesiast. 34. v. 23. *Dona iniquorum non probat Altissimus: atque probaret, si per pœnitentiam viuiscerentur.* Ioan. 15. v. 4. *Non potest palmarum fructum ferre, nisi manserit in vite;* atque peccator non manet in vite Christi, qui non manet in charitate, per quam manemus in Deo, & Deus in nobis. ad Corinthios 3. v. 3. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mibi prodest.*

16
Nec reu-
iscent ad
satisfactio-
nem.

Dignitas
operis ma-
xime spe-
ciatur ex
dignitate
operantis.

Altera Pars, Scilicet hæc opera non viuiscari ad satisfactionem, est etiam certa, et si minus quam prior, cum aliqui Doctores contrarium tenuerint. Probatur Primo, iisdem testimonij: Si enim esset satisfactoria, Deus ea respiceret, probaret, & palmas extra vitam ferret aliquem fructum, scilicet satisfactionis. Probatur Secundo, Ratione: Dignitas operis precipue spectatur apud Deum ex dignitate operantis, a quo procedit: operans enim est velut forma operis, à qua opus suam estimationem haberet, ut alibi ostensum est. Et patet exemplis humanis: longè enim pluris estimatur obsequium partum Principis, quam maximum manus, et operans enim per ipsum opus quod facit ad obsequium alterius, se totum suamque dignitatem alterius subiicit: atque peccator operans est exodus Deo: ergo opus ipsius nihil sit apud Deum. Confirmatur Primo: Quia non potest dare excelleniam operi suo, quam non habet: atque cum resurgit & accipit dignitatem filii, opus iam transit, habuitque suam formam: ergo non potest illi dignitas personæ superueniens communicari. Confirmatur Secundo: Quia gratia non informat

actum; nisi qui ab eâ quodammodo procedit: actus verò qui iam transiit, non potest reducari, ut iterum fiat, & influxum gratie recipiat.

Dico Secundò: Huiusmodi tamen opera sunt utilia ad alia bona à Deo impetranda: scilicet ad bona temporalia. Exodi 1. v. 21. *Quia timuerunt obterres Dominum, edificauit ipsi domos, id est, dedit eis familiam.* Gregorius homilia 40. in Euangeliū ad illud, *Recepisti bona in vita tua;* inter cetera ait, *Valde metuendum drabibus, & atque quibus omnis ex voto eueniunt;* ne hic reperirent bonorum operum ipsidem. Vide plura de Pœnitentiâ dist. 3.

Capitulo Cuendum, ex Gregorio; & Capitulo si quarto, ex Hieronymo; & Capitulo Quid ergo, ex Chrysostomo; & 22. qu. 22. Capitulo si quelibet Secundò: Valent ut disponant animam ad gratias, necepsit fiant cum auxilio speciali. Danielis 4. dicit Daniel Regi, *Pecata tua eleemosynis redime.*

Tertio: Dicuntur minuere pœnas gehennas, non quod peccator, qui plura huiusmodi opera fecerit, minus punietur pœna damni vel sensus, quam aliis qui pauciora fecerit, tamen et quæ peccauit; cum opera moraliter bona, sicut non possunt minuere culpam, ita nec pœnam: sed quia interim homo culpam omissionis diuini præcepti evasit, & per ea occasionem habuit multa peccata, quæ alias fecisset, euitandi.

Quarto: Valent ad dilationem pœnae temporalis & æternæ. Patet in Achab 3. Regum 21. *Nōne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causā, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domum eius.* Patet item in Niniuitis Long. 3. ad quorum pœnitentiam, Deus eversionem Nisiue suspendit & distulit ultra centum annos.

Q V A E S T I O X C.

De partibus Pœnitentia in generali.

D V B I V M.

Circa tres primos Articulos,

Quot, & qua sint partes Pœnitentia?

¹
Sacramenti
Pœnitentia
qua partes.

Notandum, Primo: Pœnitentiam actualem duplum accipi posse. Primo, Pro Sacramento: Secundo, Pro virtutis Pœnitentiae functione. Si accipiatur pro Sacramento, constat partibus essentialibus, & integralibus. Partes esse sunt *Verbum absolutiu-* ² *mum* (est enim instar formæ;) & actus pœnitentis, qui sunt *quasi materia.* Partes integrales sunt partes materiae; videlicet *Contritione, Confessio, & Satisfactione.* Nam idem actus, quibus constat officium pœnitentis, sunt partes integrales Sacramenti Pœnitentia.

²
Sententia
Lutheri.

Notandum Secundo: Esse hæc duas sententias hereticorum. Prior est Lutheri, ut patet apud Roffensem art. 5. qui docet duas tantum esse Pœnitentia partes seu officia, *Contritionem & Fidem.* Per *Contritionem* intelligit terrores conscientiae divinitus incuslos. Per *Fidem* autem, certa fiduciam remissionis peccatorum ex Euangelij promissio-

ne concepitam, id est, certò credere sibi esse remissa peccata propter Christum. Ratio ipsius est; quia sic fit remissio peccatorum.

Vero hæc sententia est omnino absurdia. Primo: Quia, et si timor, & fides concurrant ad remissionem peccatorum; non tamen hinc sit, ut propriè sint partes Pœnitentia, sic ut ratio Pœnitentia illis propriè conueniat: alioquin etiā amor Dei, & diuina vocatio, erunt partes Pœnitentia; nam per hanc sit remissio peccatorum. Secundo: Quia timor non semper concurrebit ut patet in Magdalena Lucæ 7. *Cui multa peccata dimittuntur, quia multum dilexit:* multiq[ue] alij agunt pœnitentiam nullo terore conculli. Tertio: Fides illa nunquam concurret; est enim falsa, temeraria, & contra Scripturas. Plus enim requirit Scriptura, ut Christi merita nobis applicentur in remissione peccatorum, quam fidem, quæ credamus illum pro nobis plenissimè satisfactissemus: vnde ex hac non possumus nos reputare iustificatos à peccatis. Denique, hanc sententiam damnat Concilium Tridentinum less. 14. can. 4. Tertio: Si quis, inquit, negauerit ad integrum & perfectam pœnitentiam remissionem requireti tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacramenti pœnitentie, videlicet *Contri-* ³ *tionem, Con-*

S. 1. 2. 3. Dub.

206 Quæst. 90. De partibus Pœnitentia in generali. Art. 4.

nem, Confessionem, & Satisfactionem, qua tres Pœnitentie partes dicuntur: aut dixerit duas tantum Pœnitentia esse partes, terores scilicet incusas conscientia, & fidem conceptam ex Euangelio, anathema sit.

Altera sententia est Caluini lib. 3. Instit. cap. 3. vbi, refutans sententiam Lutherorum, ponit duas alias partes, videlicet Mortificationem vitiiorum, & Vniificationem. Per Vniificationem intelligit studium bonorum operum, sicque ait pœnitentiam per totam vitam durare debere.

Sed hæc sententia absurdia est. Probatur: Quia pœnitentia est via ad iustificationem, cæque prior, vt colligitur Ezechielis 18. & 33. vbi dicitur, si pœnitentia egerit impius, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius: atqui mortificatio illa, & vniificatione sunt posteriora iustificatione, nam sunt fructus fidei iustificantis, vt ipsi affirmant: ergo absurdè dicuntur partes Pœnitentia.

Tertia sententia est Catholicorum; Tria esse pœnitentis officia, seu Pœnitentia partes, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem; quas etiam naturalis ratio dicitat esse suo modo necessarias ad reconciliationem. Est fide tenenda. Patet ex Concilio Trident. citato, & ex Concilio Florentino, quod sic ait: Quartum Sacramentum est Pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet ut doleas de peccato commissum proprio non peccandi de cetero: secunda est oris confessio: tertia est satisfactio.

Probatur Primò, Ex Scripturis: & Primò, Contritionem esse partem Pœnitentia. Patet Psal. 50. v. 19. Cor contritum & humiliatum non despices, id est, cor panitem. Ioëlis 2. v. 13. Scindite corda vestra. Secundò, Idem patet de Confessione Num. 5. Viri, siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, que hominibus solent accidere, confitebantur peccatum suum. Psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniuriam meam Domino. 2. Esdræ 9. v. 1. Conuenerunt filii Israël in ieuiuio, & in faccis, & confitebatur peccata sua. 1. Ioan. 1. v. 9. Si confiteamur peccata nostra, fidetis est & iustus, ut remittat peccata nostra. Tertiò denique idem patet de Satisfactione, Ioëlis 2. v. 12. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieuiuio, fletu, & planitu.

Probatur idipsum exemplis Scriptura: 2. Regum 24. describitur pœnitentia Dauidis ob numeratum populu, & dicitur primò, Percusit cor Dauid eum; vbi insinuat contritus. Secundò, Dixit Dauid ad Dominum, Peccavi valde in hoc facto; vbi confessio. Tertiò, Dauid placavit Dominū oratione, & subiectione ad flagella diuina, & holocausto; vbi cōspicitur satisfactio. Luçæ 15. vbi describitur pœnitentia filij prodigi: Primo, In se revertitur agnitione sua miseria, & dolore peccatorum: Secundò, Confitetur peccatum, Pater peccavi in colum & coram te: Tertiò, Offert se ad satisfactionem, fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Idem confirmari potest testimonij Patrum, de quibus infra. Vide Chrysostomum sermone de Pœnitentia, qui habetur tomo 5. post decem Homilias de Pœnitentia. In corde, inquit, eius contritus est, in ore confessio, in opere tota humilitas.

Probatur Secundò, Ratione: Prima est, Pœnitentia est dolor, & punitio peccati, non solum ad æqualitatem iustitiae violatae instaurandam, sicut Iudex punit sontem; sed maximè ad reconciliacionem cum Deo obtinendā: atqui hoc interest inter punitionem Iudicis, & pœnitentiam reconciliati-

um peccatoris, quod ibi satis sit, si reus patiatur Differentia inter punitionem laicorum & clericorum. In Pœnitentiā autem reconciliatrice hoc nō sufficit, sed requiritur, ut is, qui alterum iniuriā affectus est, sponte penam subeat, & ad arbitrium eius, quem offendit. Ergo necessarium est primo, ut doleat de iniuriā illata: alioqui nō est dignus reconciliationis. Deinde, oportet ut subiiciat se penam ad arbitrium Dei, quæna iniuriā affectus: Deus autē nobiscum agit per suos ministros: ergo peccator debet se eius ministro subiucere, qui eius locum tenet. Hoc autem fieri non potest, nisi suas culpas ei per confessionem aperiat: unde secundo loco requiritur confessio: tertio satisfactio. Colligitur hæc ratio ex D. Thoma art. 3.

Secunda Ratio: Pœnitens recurrat ad Deum cum proposito emendationis, sicut seruus ad Dominum, iuxta illud Psalmi 122. v. 2. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Et sicut filius ad patrem (Luçæ 15. v. 18. Pater peccauit in calum & coram te) & sicut vxor ad virum (Terciæ 3. v. 1. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.) Atqui quando seruimus dominis, liberi cum parentibus, uxores cum viris in gratiam redeunt, hec tria dictante ratione naturali præstant. Dolent enim se offendisse, fatigantur suam culpam, denique penam & castigationem subiiciunt, vel veniam precantur: ergo hæc tria sunt veræ pœnitentia partes, quas Deus in noua lege ad Sacramenti dignitatē euexit; ut infra magis constabit.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Pœnitentia conuenienter diuidatur in Pœnitentiam ante Baptismum, & in Pœnitentiam post Baptismum?

Pœnitentiam in genere diuidit D. Thomas tamquam in suas species, in Pœnitentiam ante Baptismum, per quam int̄editur generatio in nouitatem: & in Pœnitentiam post Baptismum, qua duplex est: videlicet Pœnitentia mortalitatis, per quam intenditur reformatio vita præteritæ iam corruptæ; & Pœnitentia venialium, per quam intenditur maior perfectio, & maius studium honorum operum. His adde aliam diuisionem Pœnitentia mortalium post Baptismum, de qua D. Tho. in Additionibus q. 28. Alia enim est priuata, quæ videlicet in occulto agitur: alia publica, Rursus Publica, alia est Solemnis, alia non solemnis.

Pœnitentia publica solemnis, habebat has conditiones. Primò, Semel tantum in vita imponebatur: vt sex conditio patet ex Ambr. l. 2. de Pœnit. c. 10. & Augustino epist. 54. & Origene hom. 15. in Leuit. Et Ratio nitenientia publica, est, tum ut pluris fieret, tū quia erat solemnis quædam profectio nunquam amplius redeundi ad illa grauia crimina. Sicut Baptismus est solemnis quædam profectio nunquam redeundi amplius ad infidelitatem. Quid si accidebat talem rursus relabi in similia crimina, priuabatur communione Sacramentorum usque ad mortem; vt patet ex c. 5. epistola 1. Syrici Papæ.

Secundò, Non iniungebatur nisi ob grauissima & publica crimina; vt homicidia, adulteria, idolatria &c. vt patet ex Conc. Toletano I. can. 2.

Tertiò,

3
Sententia
Caluini,

Rejicitur.

4
Sententia
Catholica
est, tres esse
partes po-
nitentia.

i. Prob.
ex Script.

Exempla
Scripturae.

5
Prob.
Ratione.